



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Martinus de Aranda Valdiuia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

bus purpurea sunt reperta,  
quasi tum. primūm fuislēnt  
occisi.

P. Martinus de Aranda  
Valdiuia.

Perillustri ex Hispanis. Hispanus.  
domo in Chile natus, litera- apud Eli-  
riæ aliquid, plus militari di- curanos.  
sciplinæ studij adhibuit ado- 14. Dec.  
lescens, dux equitum. An- 1612.  
no 1592, dum Prætoris mu- etat. 51.  
nus pararet capeſſere, Linæ Soc. 30.  
in tirocinio sacræ exercitio- Vocatio.  
rum solitudini se tantisper-  
dare constituit: in qua vbi  
altius fluxam opum gloriam  
introspectit, Societatem ſe-  
initurum voti religione fir-  
mauit; eamque impetravit,  
ſed non ita vt optabat, ad Humilitas.  
Coadiutorum officia obeun-  
da. Studijs vtcunque per-  
functus, ad Ciuncios abiit:  
vbi reprobabat per asperrima-

mona.

*Charitas.*

montium & siluarum, ac per aquas non semel . Araucanis deinde pestilentiae luetabescentibus obsequia sua nauauit ; quibus charitatis officijs multos Christo lucrificit . Demum ad Elicuræ populos cū P. Horatio Vecchio , & Didaco Montalbano missus , tertio die à barbaris neci est datus . Accusabantur , & odio erant Patres , quod nouæ legis feminatores essent ; & quod uxores à Christianis è medio barbarorum acceptæ Christiano ritu sint expiate hisce authoribus . Ergò genibus religosè nixos inuasere sicarij , & clauas ligneas ferreis murecibus amentatas , atque refertas , illorum capitibus illisere : humi iacentes hastis confixere ; ceruicibus quoque

*Fides.*

qu  
at  
di  
te  
A  
ra  
ha  
pi  
n  
ci  
tu  
ti  
x  
A  
a  
T  
P  
C  
1

que præcisis. Lætissimos ,  
atque fortissimo animo ceci-  
disse affirmat Indus , qui in-  
ter cadauera iacebat viuus .  
Aiunt alia aliorum cadaue-  
ra ab auibus vorata ; trium  
horum intacta relictæ .

P. Horatius Vecchi .

Miti , semper virgine , ac  
pio erga Dei Matrem inge-  
nio fuit Horatius . Romæ  
cùm inter tirones exercere-  
tur , optatam futurę suę mor-  
tis gloriam diuinitùs intelle-  
xit , diuinā synaxi perceptā .

Anno 1603 in Americam  
abijt , Limæ Philosophicis  
Theologicisque disciplinis  
probè imbutus . Postea in  
Chile , Christi legem expli-  
cuit ; demum apud Elicura-  
nos , non nisi Christiano san-  
guine molliendos , & subi-  
gendos ad fidem . Ibi arbo-

Italus ..

ibid..

14. Dec.

16. 12.

atrat. 35.

Soc. 15.

Euch..

Cor lo-  
quens..

rii